



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De mulieribus malis & adulteris, ac prostitutis, atque omni vitiorum genere
scatentibus. cap. lxxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A usque ad terram: qui soporem morti socians, defecit, & mortuus est. Et ecce Barac sequens Sisaram, veniebat: egressaque Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cùm intrasset ad terram, vidi Sisaram iacentem mortuum, & clavum infixum in tempore eius.

Benedicta inter mulieres Iahel, vxor Haber Cinæ: & benedicatur in tabernaculo suo. A quam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

Accedens Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquas ostio, ignem supponere nitebatur: & ecce una mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Qui vocauit citè armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percutere me: ne forte dicatur, quod

B à foemina interfectus sim, qui iussa perficiens, interfecit eum.

Annunciauit Michol Dauid, dices, Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris.

Deposuitque eum per fenestram. Porro ille abiit, & aufugit, atque saluatus est.

Dixit Abigail ad Dauid: In me sit, domine mihi, haec iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famula tuae. Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus est, &c. Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit hodie te in occursum meum: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti ne hodie irem ad sanguinem.

Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, & variegandi scientiam?

C Mulier fortis corona est viro suo. Qui inuenit mulier bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem a domino. Qui eiicit mulierem bonam, eiicit bonum de domo sua. Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens extrectam quoque manibus destruet. Mulier fortis quis inueniet? Pretiosior est lapidib⁹ pretiosis.

Noli discedere a muliere sensata & bona: gratia enim illius super aurum. Mulier si est tibi secundum animam tuam, ne proicias illam. Pars bona mulier bona: in parte bona timetum Deum dabitur viro. Mulier fortis oblectat virum suum: & annos vita illius impinguabit disciplina ipsius. Species mulieris exhilarat faciem viri sui: & super concupiscentiam hominis superducit desiderium. Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordia, non est vir illius secundum filios hominum.

D

Verum decorum mentis ornatum putat,
Non aut manus quem pingit, aut delet dies:
Oculus pudicæ mentis at quem perspicit.
Deformitatem rursus at mores malos.

Mulierum genus ad lachrimas propensum est: ac mens earum ad misericordiam facile inflecti solet.

E Stud mulierem omni sinistra suspicione carere ostendit, cùm accuratius se minimè excolit, nec præter decorum exornat: verum omnibus precibus & obsecrationibus dedita est, Quidnam crebroque domo egredi cauet, seque, quoad eius fieri potest, ab eorum, quibuscum ei genus commune non est, conspectu excludit: ut quæ antiquius habeat domi se tenere, quam intempestivæ nugari.

DE MULIERIBVS MALIS ET ADVLTERIS, ac prostitutis, atque omni vitiorum genere scatentibus.

CAP. LXXVI.

D Ie septimo cùm vxor Samson esset ei molesta, exposuit problema. Quæ statim indicauit ciuibus suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante Solis occubitum, Quid dulcius melle? quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non arassetis in vitula mea, nō inuenissetis propositionem meam. Dixit Dalila ad Samson, Quomodo dicis quod amas me, cùm animus tuus nō

Iud. 4.

16.

Naz. in

Tetr.

Quæ vera
pulchritudo.

Cyrill.

ab impro-
ba suspi-
cione vin-
dicet.

D. IOANN. DAMASCENI

fit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & nolusti dicere, in quo sit maxima fortitudo tua. Cumque molesta esset ei, & multos dies iugiter adhæreret, spatum ad quietem non tribuerat, fecerat anima eius, & ad mortem usque lassata est. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam, Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazareus, id est consecratus Deo, sum de utero matris meae. Si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ceteri homines. Vidensque illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philistinorum, ac mandauit, Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserat. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & coepit abigere eum, & a se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit, dixique, Philistium super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo, Egregiar sicut ante feci, & me excutiam, nec scis quod recessisset ab eo Dominus. Quem cum apprehendissent Philistium, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vincatum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.

3. Reg. 11. Fecit Salomon quod non placuerat coram Domino: & non adimpleuit ut sequeretur Dominum, sicut David pater eius. Tunc edificauit Salomon phanum Chamoru idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque ad hunc modum fecit viuersis vxoribus suis alienigenis, quae adolebant thura, & immolabant diis suis.

Pro. 5. Fili, ne attendas ad malam mulierem. Fauus enim distillat labia inereticis: quae ad breue tempus demulcent fauces: nouissima autem eius amara sicut absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Mulier pretiosas virorum animas capit. Sedes ignorariae, mulier odio habens iusta. Fili, serua mandata mea, & viues: ut custodias te a muliere extranea, & ab aliena, quae verba sua dulcia facit. De fenestra enim dominus meus per cancellos prospexi, & video parvulos, considero vecordem iuuenientem: qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obscurum, aduersa per aequaliter die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, preparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos infidians. Apprehensumque deosculatur iuuenientem, & procacivultu blandit, dicens, Victimam pro salute tua deuoui, & die reddidi vota mea. Id circu egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi. Intexui fumibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Aegypto, aspersi cubile meum myrra, & aloë, & cynamomo. Veni, inebriemur huberibus, & fruamur cupitis amplibus, donec illucescat dies. non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. Saccum pecuniae secum tulit: in die plenae lunae reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum prostraxit illum. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius: velut si avis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo illius agitur. Nunc ergo, fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiari semitis eius. multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interficiunt ab ea. Via inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

Pro. 11. 9. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens: sed in foribus domus suae super sellam, in excelso urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. Qui est parvulus, declinet ad me. Et vacordi locuta est, A quae furtivae dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni coniuiciei eius. Sicut vermis in ligno: sic virum perdit mulier mala. Qui retinet adulteram, stultus est & impius. Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Tecta perstillantia eiiciunt

18. 21.

27.

Accidentum hominem in die frigoris de domo sua: sic & mulier maledica virum ex domo sua eiicit.

Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris cui.

Non des mulieri animam tuam, nec obuiam procedas meretrici. Cum saltatrice ne assidus sis, nec audias illam. Virginem ne conspicias: ne forte scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animam tuam. Auerte faciem tuam à muliere compta. Cum aliena muliere ne sedeas omnino. Propter speciem mulieris multi perierunt. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. Partrem & virum confundit audax: & ab utroque ignominia afficitur. Mulier relinquens virum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio, primò

Bin lege Altissimi incredibilis fuit, & secundò in virum suum deliquit: tertio in adulterio fornicata est, & ex alieno viro statuit filios sibi. Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicetur. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Derelinquet in maledictum memoriam suam. Non des aquæ tuæ exitum nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.

Commorari leoni & draconi magis placebit, quam habitare cum muliere nequam. Breuis est omnis malitia super malitiam mulieris: & fors peccatoris cadet super eam. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani: sic mulier lingua-
ta homini quieto. A muliere initium factum est peccati: & per illam omnes morimur. Non des mulieri malæ loquendi libertatem. Mulier ebriosa, ira magna.

Consumptio mulieris in extollentia oculorum: & in palpebris suis agnoscetur. Melior est iniurias viri, quam mulier benefaciens. Super mulierem malam bonum est sigillum.

Peccata mulierum, virorum imperitia contrahuntur.

sixti Py-

Mulier opum amans, eiusmodi viro coniuncta, duplex morbus est. Nam & delitias thag. accedit, & voluptatum amorem auget, & cupiditatibus minime necessariis aculeos sub- Basi. hom. dit, nimirum vñiones quosdam, & smaragdos, & hyacinthos excogitans, atque aurum aduers. di- partim fabricans, partim texens, ac per summam inepitiam morbum exaggerans. Neque uit. Lasciuæ enim obriter duntaxat ac velut defunctorie his rebus studet: verùm & noctu & inter- mulieris diu in his curis v. atq. & sexcenti adulatores cupiditatibus ipsis obsequentes, tincto- descrip. res, aurifices, v. scintarios, textores, ac variandi arte præditos colligunt: nec per assidua ipsius imperia quicquam temporis marito ad respirandum datur. Nulla siquidem opes mu- liebribus cupiditatibus explēdis pares esse queant, nec si amnis instar ipsis affluenter. Bar- barbaricum enim vnguentum non fecus atque promercale oleum affectant: maris flores, hoc est purpuram, & quæ ex conchis elicuntur, supra pecudum lanam expetunt. Iam vero aurum ingentis pretij, capillos constringens, partim earum fronti ornamento est, partim collo. Aliud item in zonis est: aliud manus ac pedes quasi vinculis astringit. Gaudent e- rim opum studiosæ manicis ac compedibus vinciri, dummodi auro vinciantur. Quando igitur animam curabit, qui vxoris cupiditatibus se in seruitutem addixit? Ut enim im- similes becilla naues à procellis ac tempestatisibus, sic infirmæ maritorum animæ ab improbis uxori- rum affectionibus deprimuntur.

Perulantes mulierculæ, Dei metu è memoria electo, ac semipaterno igne contempto, Hom. de quo die eas ob Resurrectionis memoriam domi sedere oportebat, ac diem illum animo complecti, quo cœli aperientur, ac iudex nobis è cœlis apparebit, & Dei buccinae, & mor- tuorum resurrectione, & iustum iudicium, ac remuneratio cuique iuxta opera sua: pro eo, inquam, quod hec animis versare debabant, atque & ab omnibus improbis cogitationibus peccatoris sua repurgare, & peccata prius admissa lachrimis delere, ac denique ad occursum Christi in magno aduentus ipsius die fessè comparare, excusso seruitutis Christi in- go, projectis è capite turpitudinis velamentis, contempto Deo atque ipsius angelis, nulla cuiusquam virorum prospectus verecundia affecta, comas expandentes, pallia trahen-

H

D. IOANNIS DAMASCENI

tes, ac peccatis etiam simul ludentes, procaci oculo, effuso risu, ad saltandum velut furore quodam abrupte, atque omnem iuuenum petulantiam ad seipsum illicentes, chorosque in martyrum templis, ad Urbis suburbia sat, agitantes, loca sancta obscenitatis sue officinam efficerunt: atque & aevem meretricius cantibus, & terram impuris pedibus contaminarunt, dum eam saltando ferierunt, iuuenum turbam theatri loco sibi vndeque constituentes: petulante sane, atque ad extremum insanè gradum nihil sibi reliqui facientes. Hac ego quonam modo silentem? Quonam rursus modo pro rei atrocitate deplorem? Vinum pro-
cicitatis causa.

Chrysost. Nullum malum mulieri improba conferendum est. Quidnam inter quadrupedia leo-
ne atrocius est? Nihil. Quidnam inter reptilia draconem crudelius? Nihil. Atqui improba muliere & leo & draco inferiores sunt. Testis est mihi sapientissimus Salomon, dicens, cum im-
proba muliere com-
parandū.
Eccl. 25. ne atrocius est? Nihil. Quidnam inter reptilia draconem crudelius? Nihil. Atqui improba muliere & leo & draco inferiores sunt. Testis est mihi sapientissimus Salomon, dicens, cum im-
proba muliere com-
parandū.
Dan. 14. Commorari leoni & draconis magis placebit, quam habitare cum muliere mala ac loqua-
ci. Ac ne Prophetam hæc ironice dixisse existimes, ex ipsis rebus accuratè rem intellige.
Leones Danielem veriti sunt: at Iezabel iustum Naboth interemit. Cetus Ionam in ven-
tre custodivit: at Dalila Samsonem abrasum Philiā tradidit. Dracones & assi-
des, & ceras & kannē in deserto pertimuerunt: at Herodias ipsam in prandio obtrun-
cari insit. Corui Eliam in monte aluerunt: at Iezabel eundem post pluvia beneficium ad
Ione. 2. Iude. 16. Iud. 16. cedem quasuit. Quid enim dicebat? Si tu es Elias, & ego Iezabel. Hæc faciant mihi
Mar. 6. Dij, & hec addant, nisi cras hac hora ponam animam tuam, sicut viuis ex iis, qui mor-
tui sunt. Et timuit Elias: & profectus est, & venit in desertum viam viuis diei, &
3. Reg. 17. petuit animæ sua ut moreretur. Et dixit: Domine Deus, sufficit. Accipe animam meam
3. Reg. 19. a me, quoniam melius est mihi mori, quam vivere. Non enim sum melior, quam patres
Intrepida-
dus Elias. O rem grauem! Elias Propheta fæminam extimuit? ille, inquam, qui totius terrarū
orbis imbre lingua gestabat, qui ignem cœlitū verbo detraxerat, ac per orationē mor-
mulierem timet. Certe timuit. Neque enim illa improbitas
cum muliere improba comparari potest. Atque sermoni meo fidem agnoscit Sapientia, di-
cens, Non est caput nequius super caput colubri: & nō est malitia supra malitiam mulieris.
Quot ma-
lum ingens, atque acutissimum Diaboli telum! Per mulierem à principio Ada-
la per fæ-
mum in paradiso faucauit. Per mulierem Davidem ad necem Viri & per dolum inferen-
minā in-
dam velut furore percitum incitauit. Per mulierem Sapientia laude prestantissimum
uecti sint. Salomonem ad defectionem impulsit. Per mulierem fæminum samsonem deronsum ex-
ecauit. Per mulierem filios Israhel sacerdotis in terram prostravit. Per mulierem cœ-
lipetam illum Eliam insectatus est. Per mulierem nobilissimum Iosephum in vinculis
tenuit. Per mulierem Ioannem totius mundi lucernam, capitum supplicio affectit. Per mulie-
rem omnes iugulat. Mulier enim impudens nulli parcit. Non levitas ratione habet: nō sacer-
dotem, non Prophetam veretur. O malum quous malo peius mulier improba, etiam si pau-
mala & pertate labore! Quod si etiam opes habeat, ipsius improbitati subsidiū ferētes, duplex ma-
dines da-
lum est, intolerabile animab, ac fera & queadeō fæua, ut nullis obsequis deliniri possit. Ego
plex ma-
quippe & aspides blanda manu demulcas mitescere scio, & leones, & tigres, & pardos
lum. cicuratos leniri. At improba mulier, & cum lacebitur furit, & cum demulcerit, info-
lescit. Quod si virum habeat dignitate atque imperio potentem, noctu & interdiu sermo-
nibus eum impellens, ad insidiosam cæde accuit, quemadmodum Herodias Herodem. Si rur-
sus pauperem virum habeat, ad iram eum & pugnas excitat. Denique si vidua sit, ipsa
per se omnes asperngatur. Neque enim Dei metu linguam frænat, neque ad futurum tri-
bunal oculos conicit. Amicitia & leges nescit. Nihili pendit improba mulier virum suum
ad mortem tradere. Siquidem iustum illum Job vxor propria in necem coniiciebat, cum his
verbis veretur, Dic impium aliquod verbum aduersus Dominum, & morere. O flagitiosane
ta 70. naturam! o nefariam animi inductionem! Nulla misericordia commota est, cum mariti sui
vifera feruidis pustulis, tanquam ardentibus quibusdam carbonibus exulta, carnesque o-
mnes ipsius vermis correptas videt. Non ad misericordiam inflexa est, cum eum pro-
sus

Asus in se conuolutum & laborantem & angore affectum, atque continuo anhelitus ex intimo pectori ad os ageret, hiis ducentem perspexit. Non ad coniurationem emollita est, cum eum, qui quondam regis purpura induebatur, tunc toto corpore nudus in sterquilino iaceret. Non meminit veteris suae cum eo consuetudinis, quantaque propter eum gloria, quantumque opibus floruisse. Sed quid? Dic aliquod verbum aduersus Dominum: & morere. Quid? An unquam tribi morbo laboranti tale quipiam prolocutus est? ac non potius id egit, ut precibus, & piis largitionibus, morbum abstergeret? Non enim videlicet ipsi ad aliquod tempus immissa castigatio sufficiebat, nisi tu quoque sempiternum ei cruciatum per blasphemiam accerres? An nescis omne peccatum remissum in hominibus, blasphemiam Mar. 3: autem aduersus Spiritum sanctum non remissumiri, nec in hoc seculo, nec in futuro?

Bvis aliam quoque improbatatem huic parem videre? Vide queso Dalilam. Etenim illa *Iudic. 16*. Samsonem fortissimum virum detonsum Philisteis dedidit, virum inquam suum & coniugem, quem souebat, quem mulcebat, quem obsequiis omnibus delinebat, quem supra seipsum amare præseferebat. Quem heri amat, hodie fallebat. Quem heri amico animo souebat: hodie, ut falleret, mulcebat. Quamobrem autem? An non pulcher erat? Quis tum temporis illum pulchritudine antecellebat? Nam etiam septem crines, septiformem gratiam adumbrantes, in capite gestabat. An non fortis ac strenuus erat? Ut qui horrendum leonem, dum iter faceret, solus strangulasset, & via asini maxilla *Iudic. 14*. mille Philisteos prostrauisset? Quin sanctitate quoque præditus erat. Tanta enim ipsius sanctitas erat, ut simulataque aquæ penuria siti correptus orasset, statim ex secca

Cea maxilla, quam manu tenebat, aquæ fontem emiserit, hincque sitis medicinam haurierit. Et tamen virum usquadeo pulchrum, usquadeo fortem, usquadeo sanctum, uxor propria tanquam hostem Philisteis prodidit. Ob eamque causam hoc tibi Propheta precipit: A coniuge tua caue, ne manifestes ei' cor tuum. Cedo, que bellua aduersus marem suum unquam huiusmodi quicquam molita est? Quia dracena coniugem suum interficere studet? quia leæna coniugem suum ad cædem tradit? Vides quam appositè dixerit Sapientia, Non est raput nequius super caput serpentis: & non est malitia super malitiam mulieris. Atque, ut in summa dicam, qui improbam uxorem habet, illud non imprecatur, se iam iniquitatum suarum mercedem tulisse. Audi enim quid rursus Scriptura dicat: *Mulier mala iniquo viro portio dabitur pro operibus suis.*

DIntolerabilis est mulier, que assentationibus demulcetur, quæque vultum tanquam diuinum pratum quoddam variis floribus ornat, & fuso genas rubicundas reddit, & amido ac profelericerus faciem dealbat, & atramento oculos pingit, & ornamenti aureis collum suum & bus suis manus ac comam condecorat, & mollem vestem suam variis vnguentis perfundit. Est præ-punitur, terca exitiosus laqueus, iuuenie per omnes sensus abducens, atque & ipsius oculos per ornatum, quem ipsi spectandum obiicit, & aures per sermonum suorum blandicias tanquam arte magica inescans.

Mulier iumentum malum, vermis repens, atque in Adamo domicilium habens, mendacij filia, paradisi custodia, Adami expultrix, hostis perniciofa, pacis inimica.

Deus boni & mali scientiam ligno non præbuerat, nec id, quod rationis particeps erat, ex eo, quod ratione carebat, pendere voluerat: Siquidem arbor ea rationis expers

Erat: homo autem ratione prædictus. Itaque lignum illud boni & mali cognitionem non habebat. Nam si eam habuisset, proculdubio rationis quoque particeps fuisset: atque, cum Eua ad sumendum fructum se compararet, ad eam arbor his verbis ut debuisset: Quid agis mulier? Quid fructum meum degustare cupis? Cave comedas: ne moriaris. In perniciem tuam me decerpere vis. Fructu meo delectaris? At mox ei imminet. An non habes quibus vescaris? Quid igitur non ius frueris, à quibus periculum abest, sed ea concupiscis, que perniciem afferunt? Vis maritum tuum accersam, ac facinus tuum ipsi exponam: ut voluntatem tuam odio infectetur? Ut tu comedas, ille moritur: Ut tu oblecteris, ille extinguitur: Ut tu cum serpente colloquaris, ille à Deo remouetur. At nihil horum arbor dixit. Quamobrem? Nempe quia sermonis ac rationis particeps non erat, verum legem gestabat. Quemadmodum enim liber, qui totus conscriptus est, per se non loquitur, sed per ea, que in ipso continentur: ita arbor illa literarum loco legem pro-

D. IOANNIS DAMASCENI

Gene. 2:16 ferebat. Quam tandem legem? De ligno scientie boni & mali ne comedatis. In quacunque enim die comederitis, morte moriemini. Quid igitur Moses? Dicat etiam quae sequuntur. Et dixit Deus: Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutricem similem illi. Adiutricem dixit, non viri carnificem: adiutricem, non impostricem: adiutricem, non insidiatricem: adiutricem, non adversariam: adiutricem, non eo superiore, sed similem ei. Et accepit, inquit, Deus hominem quem formauerat, & posuit eum cur A- in paradiso voluptatis. Quid igitur affertur, quamobrem Deus Adamum quidem extradam ex paradisum condiderit, in paradiso autem ex eius costa Euam fabricatus sit? Ecquid extra paranim non mulierem quoque extra paradisum fixxit, atque ita demum eam in paradisum transtulit? Nempe ne extra domum suam vagari disceret, sed domi se tenere, atque in ac non utrum domesticarum rerum curam incumbere. Nam cum, licet in paradiſo efficta fuerit, tam illuc se tenere nequiverit, sed & seipsum hinc extrusserit, & maritum eiecerit, quid factura erat, si extra paradisum condita fuisset? Ex hac igitur didicerunt improba muliercula de domo in domum circumire. Quas etiam beatus Paulus ins. Etans, dicebat: Simul etiam otiosa discant circumire domos. Hæc vxor Iob addidicerat, cum ad maritum suum diceret, Ego vaga & famula sum, & è loco in locum obambulans, & è domo in domum. Non abs re dicit, nrauit, id est vaga. nrauit enim id est impostorem in seipsa habebat. At ne quis obsecro deinceps in Euam maledicta iaciatur. Etenim sancta Deipara ux probris virgo ipsius probrum deleuit. Quamuis enim Eua petulanter se gessit, cum sermones cum delevit. serpente init: tamen iniuritatis dolorem per filiorum procreationem abiecit: velut etiam mentionem fecit Apostolus his verbis, Et mulier quidem seducta fuit in prænarratione. Saluabitur autem per filiorum procreationem. Quam tandem? Nimirum ex Adamo, liber qui ab eo fluxerunt: ex ipsis rursus, qui post illos extiterunt: deinde Patriarchæ, Propheta, David, & qui ex eo iuxta carnem ortum traxit, Dominus Iesus Christus, qui mœstiam propulit, & gratiam inuenit.

1.Tim. 5:1 Quid est mulier pulchra? Sepulchrū dealbatum, nisi pudicitia prædicta sit. Etenim pulchritudo & morbo flaccescit, & morte interrumpitur.

pulchra Mulieres, quæ pudicitiam in propriato habent, anteuentere solent, atque ingenuas matronas scorta appellant: ut ne quid illæ coquity habeant, quod in eas regerant.

& impudica

DE INGLVVIE: ET QVOD EA MORTEM accersat. CAP. LXXVII.

Gene. 25:21 ENDIDIT Esau primogenita sua Iacob. Et sic accepto pane & lenti edulio, comedit & bibit, & abiit, paruipendens quod primogenita vendidisset.

Exod. 32:11 Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descend. Peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti: feceruntque tibi vitulum conflatilem.

Iob. 40:14 Fortitudo Satanae est in umbilico ventris.

Prou. 27:20 Ne ventrem saturas in mensa: ne forte offendas. Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Qui in pueritia deliciis se tradit, famulus erit. In utero supplantauit Iacob fratrem suum.

Esa. 5:11 Vx qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum usq; ad vesperam, ut vino æstuatis. Omnes qui vinum bibunt, confundentur. Errauerunt propter sacerdotem & prophetam alienati sunt propter vinum.

2. Et vocavit in die illa Dominus ad luctum & plâctum, ad caluitum & ad cingulum faci: & ecce gaudium & letitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Thren. 4:10 Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati

